

## Band II., Nr. 521, Seite 342

*Bischof Konrad von Speyer schlichtet einen Streit zwischen Walter von Bromberg und dem Kloster Maulbronn über das Patronatrecht der Pfarrei in Knittlingen.*

Ohne Ortsangabe, 1203.

Conradus, dei gratia Spirensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus ad quos presens pagina pervenerit salutem in eo qui est vera salus. Universitati vestre notum esse desideramus, quod cum inter quendam nobilem virum, Walterum videlicet de Branburc, et abbatem Mullenbrunnensem super iure patronatus parrochie in Klüttelingen controversia non modica vertetur, coram nobis in iudicio tandem comparuerunt et bono zelo ducti arbitrio nostro se submiserunt. Super quo, abbatum ecclesie nostre prelatorum, qui tunc aderant, tocusque Spirensis ecclesie capituli sane habito consilio, arbitrati sumus, et ad hoc multis ammonitionibus iam dictum W. induximus, quod divine remunerationis intuitu quicquid iuris in prefata parrochia habere dinoscebatur, pro se suisque heredibus omnino et in perpetuum resignavit. Statuimus itaque pro bono pacis, quod ecclesia Mullenbrunnensis primam parrochiam quam vacantem sive nostris sive nostrorum successorum temporibus habuerit, qualibet remota occasione, filio prememorati Walteri conferat, preter supradictam Klutelingen scilicet. Ad huius itaque rei firmitatem, et ut nostre auctoritatis ordinatio processum habeat et a qualibet persona inreprehensibilis servetur et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam scribi iussimus et sigilli nostri nec non abbatis de Mullenbrunne munimine duximus corroborandam et testimonio bonorum virorum confirmandam. Quorum nomina hec sunt: Sifredus abbas de Odenheim. Conradus abbas de Süninsheim. Vlricus abbas de Limpburc. Albertus maior decanus. Conradus prepositus sancti Andree in Wormatia. Bertholdus ecclesie sancte trinitatis prepositus. Vlricus prepositus sancti Stephani in Wizenburc. Beringerus et Sibodo, canonici maioris ecclesie. Heidenricus, Conradus, Wernerus et Hûgo, canonici sancti Germani. Albertus custos sancti Widonis. Sifredus senior Folcmarus, Sifredus iunior, Heinricus, Cûno, ecclesie sancte trinitatis canonici. Albertus de Bruhcsella. Erkengerus de Magenheim. Conradus dapifer de Cropfesberc. Eberhardus pincerna de Ogkenheim. Diemo miles de Brehteheim.<br> <br> Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCIII.

## II

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An Pergamentstreifen zwei Siegel anhängend. Das erste bischöfliche ein länglich rundes Wachssiegel ist das gleiche wie an der Urkunde Nr. 520 (WUB, Bd. II, S. 341) anhängend und trägt die Umschrift: +CV<sup>O</sup>NRADVS. DeI. GRatiA. SPIRENSIS. ECCLESIE. EPISCOPus. Der Bischof im feierlichen Ornat mit Mütze und Inful sitzt auf einem Stuhl ohne Lehne mit einer Fußbank, hält in der Rechten den Krummstab und in der Linken ein aufgeschlagenes Buch. Zwei Einschnitte im Pergament, rechts und links an der Stelle, an der das Siegel anhängt, zeigen, dass außer diesem Siegel ursprünglich noch zwei weitere, wahrscheinlich das des Ausstellers und das des Abts von Neuburg, anhängen, die jetzt nicht mehr vorhanden sind. – Das zweite, länglich-runde ist von gewöhnlichem Wachs und zeigt einen sitzenden Abt mit dem Krummstab in der Rechten und einem aufgeschlagenen Buch in der Linken. Die Umschrift lautet: SIGNVM. ABBatis. MVLENBRunnensis.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 502 U 926

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bretten Wohnplatz (5295)<br> Bretten, KA<br> Bromberg Wohnplatz (1136)<br> Bromberg, Sachsenheim, LB<br> Bruchsal Wohnplatz (5319)<br> Bruchsal, KA<br> Hockenheim Wohnplatz (6362)<br> Hockenheim, HD<br> Knittlingen Wohnplatz (7037)<br> Knittlingen, PF<br> Krobsberg (Burg), St. Martin, SÜW, W<br> Limburg, Bad Dürkheim, DÜW, W<br> Magenheim Wohnplatz (1899)<br> Magenheim, Cleebronn, HN<br> Maulbronn Wohnplatz (7043)<br> Maulbronn, PF<br> Odenheim Wohnplatz (5432)<br> Odenheim, Östringen, KA<br> Sinsheim Wohnplatz (6553)<br> Sinsheim, HD<br> Speyer, SP<br> Weißenburg, Dep. Bas-Rhin, Frankreich<br> Worms, WO